

**5767** P. Faianius P[le]beius Ilvir iter. | aquam ex ag[ro] suo in municipium | Forum Novom [pe]cunia sua adduxit | et lacus om[ne]s [f]ecit et in piscinam | quae in campo est saliendam | curavit idemque probavit; | et cum vendor soli, in quo balneum est | parum cavisset emptori de aqua | ut posset in balneo fluere, | aquam suam in id balneum ne carerent | commodo munipes | P. Faianius Plebeius dedit.

*Fori Novi (Vescovio) in Sabinis (IX 4786 pars intuenti dextra bis descripta saec. XVI. sinistra semel saec. XIX: composuit Mommsen).*

**5768** C. Sennius C. f. Vol. Sabinus praef. fabr. | balineum, campum, porticus, aquás iúsque | eárum aquarum tuho ducendarum, ita ut récte | perfluere possint, vicanis Albinnensibus d. s. d.

*Prope Albens in Sapaudia rep. (XII 2494 Hirschfeld videt ectypum maioris partis). Aliud exemplum eiusdem tituli, sed minus integrum, est XII 2495.*

**5769** [Te]rent. Cutteus et Mai[a] | Monnula eius una cum | [T]erentiis Cutteo Ianuario Considio | Augustino et Feliciano [fi]lis | aquagium novo opere a solo extructum suis possessionibus | constituerunt et dedicaverunt.

*Ain-Temouchent in Mauretania, cf. supra N.4501, rep. (VIII S.21671 videt Gsell).*

**5770** T. Flavio T. f. Quir. Flaviano | aedili, quaestori designato | municipio Capenae foederato | T. Flavius Aug. lib. Mythus et | Flavia Diogis parentes filio piissimo | fecerunt et sibi et suis libertis libertabusq. | utriusque sexus posterisque eorum | cum balineo et aedificis quae sunt iuncta | ex utraque parte secus viam cum aquae | ductu ex fundo Cutuleniano et iugera<sup>1</sup> | agri Cutuleniani p. m.<sup>2</sup> IIII ita ut depalatum est. | H. m. h. n. s.

*Ad montem Soracte, ubi videtur fuisse Capena (XI 3952 ter quatterve descripta saec. XVII. XVIII). — 1) Scr. iugeribus. — 2) Plus minus.*

**5771** Mummius Niger | Valerius Vegetus<sup>1</sup> consular. | aquam suam Vegetianam, quae | nascitur in fundo Antoniano | maiore P. Tulli Varronis<sup>2</sup> cum<sup>3</sup> eo loco, | in quo is fons est emancipatus, duxi[t] | per millia passuum VDCCCCL in villam suam Calvisianam, quae est | ad aquas Passerianas<sup>4</sup> suas, compa[t]is et emancipatis sibi locis itineribusque eius aquae a possessoribus | sui cuiusque fundi, per quae aqua | s. s.<sup>5</sup> ducta est, per latitudinem structuris pedes decem, fistulis per latitudinem pedes sex, per fundos Antonian. | maiorem et Antonianum minor. | P. Tulli Varronis et Baebianum et | Philinianum Avilei<sup>6</sup> Commodi | et Petronianum P. Tulli Varronis | et Volsonianum Herenni Polybi | et Fundianum Caetenni Proculi | et Cuttolonianum<sup>7</sup> Corneli Latini<sup>8</sup> | et Serranum inferiorem Quintini | Verecundi et Capitonianum Pistrani | Celsi et per crepidinem sinistior. | viae publicae Ferentenses<sup>9</sup> et Scirpijanum Pistraniae Lepidae et per viam | Cassiam in villam Calvisianam suam, | item per vias limitesque publicos | ex permissu s. c.<sup>10</sup>